M cccc Lxxxvj^to^ Die primo Septembris

Opus gestorum urbis nostre: Compositum per doctissimum virum Marcum antonium Sabellum Romanum: per elegantiam suam et ueritate Hystorie: dignum est ut in lucem omnium ueniat: Ideo infrascripti domini Consiliarij deliberarunt et terminarunt: Quod opus prefatum per Marcum antonium prefatum dari possit alicui diligenti impressori. Qui opus illud imprimat suis sumptibus et edat: sicuti conuenit elegantie Hystorie digne ut inmortalis fiat. Et nemini preter eum liceat opus illud imprimi facere sub pena indignationis Serenissimi Dominij et ducatorum v^c^ tam venetijs quam in quacumque Ciuitate et loco Serenissimi Dominij. /

Consiliarij

S. Lucas Nauaierio

S. Fantinus de cha de pexaro

S. Zacharias barbaro eques

S. Sebastianus baduario eques

S. Benedictus Triuisano.

M^o^ cccc Lxxxvj^to^ Die xiiij^mo^ Septembris.

Infrascripti Domini Consiliarij in Complacentiam, et Gratificationem Magnifici domini Sipionis Barbauarie oratoris Illustrissimi D. Ducis mediolani. Terminauerunt, et deliberauerunt, quod Nicolaus Georgij de monte sancto, qui instituit Magistrum suum pro capite barcharum ponatur, et deputetur Garbelator loco Stephani Morandini defuncti cum omnibus modis et Conditionibus, ac emolumentis, quibus erat Dictus Stephanus defunctus: et sic iusserunt Mandari dominis Consulibus mercatorum quod dictum Nicolaum debeant admittere et officium exercere permittant facientes ipso Nicolao omnia que facere tenentur illi, qui Creantur Garbelatores. /

Consiliarij

S. Lucas Nauaierio

S. Fantinus de cha de pesaro

S. Zacharias barbarus eques

S. Sebastianus baduarius eques. /